Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Februarius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

1564.

FEBRVARIVS.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

2590 Medicis Cæsareis

Proximis à uobis literis, quid de Valetudine Sac.ae Cæs.ae Mtis. Domini ac Genitoris nri clementissimi agatur, quidue nobis sperandum sit, certiores facti sumus, in quo, omnino ad nutum ac Voluntatem nostram fecisse uobis persuasiss. habeatis. Licet autem pleraq; non sine graui animi dolore cognouerimus: ab instanti etiam tempore nobis aliquid periculi metuendum esse uideamus: tamen auersionem uel saltem mitigationem istius, à summo omnium Moderatore et Gubernatore seriò petemus et expectabimus: Nihil dubitantes quotidianas preces nostras, quas, cum multorum piorum cordibus, indesinenter effundimus, apud ipsum pondus aliquod habituras. Ipso quoq; gubernante Consilia Vestra salutaria fore, nec non etiam Sac.ae Cæs. Mtis. profutura nil dubitamus: cum in eo diligentia sic nobis explorata sit, ut nil nisi summam fidelitatem in curanda Sacratissima Maiestate

sua nobis certo certius de vobis polliceamur. Id quod vobis omni benignitatis nrae studio rependemus. Datum Pragae 3a Februarij Anno M.D.LXIIII.

Sacrmae Caesarei Mti.

LXV. 260. vide Hopfen

Literas Sacmae Caesae Mtis Vrae vigesimo septimo Ianuarij super negotio concessionis Calicis et Coniugij Sacerdotum &c. ad me datas, debita cum filiali reuerentia, adiunctis nonnullis ad rem pertinentibus Copijs accepi, earumq; sententiam prolixè cognoui et perspexi: Quibus cum Vra Caesa Mtas iterum filialem opinionem meam, de eo negotio postulet, non dubitaui hac in re ea qua decet, filiali obsequentia, Caesae Mti Vrae parere, Quam primò omniu scire volo mihi Consilium Nuncij Apostolici, eumq; agendi modum uehementer probari et placere: cum expeditissima hac ratione res tam ardua, tamq; necessaria, negotio facili, et breui quodammodo manu, ad optatu finem perduci posse sperare liceat. Maximè quod promissionibus

illis firmissimis à Summo Pontifice et Cardinalibus Morono ac Lotharingo, adeoq; ab ipso Nuncio Apl̄co Cæs. Mp̄ti Vr̄æ haud pridem tam largè coram et per lr̄as factis, nunc demùm innitendum, nec aliquam diuturniorem moram admittendam esse, euidens rej necessitas prorsus efflagitet. Nihil itaq; mea quidē sententia, obstat, (siue Nuncius Apl̄cus occulto aliquo desuper accepto mandato hoc egerit, seu minus;) cum ad rem oīa pertineant, et ex animo Mp̄ti Vr̄æ, et mihi benè affecto, et prom deliberato emanasse manifestum sit: Ipsius quoq; et fidelitas Vr̄æ Cæs. Mp̄ti mihiq; utpote ex alio illo pristino Legationis meæ Romanæ nunc in expeditione existēte tractatu deprehensa, satis contestata sit: eoq; fiat, ut maiorem illi fidem et nunc quidem adhiberj posse et debere uideatur. Ad hoc, quòd rem ipsam ita etiam comparatā appareat, Vt etiamsi minus foelicem exitum sortiatur, Nihilominus Cæs.ª Vr̄æ Mp̄ti solennem de hinc, iamdudum decretam Legationē porro mittere, semper in potestate sua integrum relinquatur.

Cæterum ne in declaranda Opinione mea filiali, superflua prolixitate utar, Cæs. Mp̄rum Vr̄am celare nolo, Mihi, ut

ex prioribus liquet, Nuncij Apostolici à Cæs. Mtis Vrã approbatum Consilium, quò ad substantiam seriemq; negotij, placere quidem, Occurrere tamen quædam quæ scrupulum aliquẽ ex subsequentibus rationibus mihi injecerunt.

Et primò Generalitate illa in literis ad Sum̃um Pontificẽ scriptis omni ex parte nequaq; standum esse putarem, quũ promissiones nomine Sanctis suæ à p̃dictis Cardinalibus, præsertim Morono, per Quinq; ecclesiensem, imprimis uerò Nuncio Apostolico Cæs. Mti Vrã concessionis huius causa, toties factæ, ad magis specialem Impressionem seu inculcationem deduci possint. Cui etiam, ni fallor, et lrã quædam ipse Sanctis suæ, adstipulantur, quibus tantam Mti Vestræ spem, quantam maiorem uix desyderemus, si bene recordor, factam esse constat: quæ quidem Sti suæ, omni tamen interposita debita modestia, cautè ac disertis Verbis in memoriam reducenda esse censerem.

Quæ ad Moronum, sic mihi exarata uidentur, ut uix maiori dexteritate scribi posse putarim, cùm quod apertè

mentem suam Cæs.ae Mtis Vrae declaret, tum quod in obtinenda sæpedicta concessione Vtriusq; articuli, generales terminos minime excessisse dignoscatur: Omnino enim sic postulare uidetur necessitas, ut à Cæs. V. Mtis. studiose omnino, quæ Pontifici, uel minimam et occasionem amectendarũ conditionũ, in vsu calicis præsertim, præbere possint, summo studio et diligentia posthabeantur:

Ideoq; et tertio loco Appendicem quæ est in literis ad Vrae Cæs Mtis Oratorem Comitem Prosperum scriptis: Vtramq; minimum speciem non esse de necessitate salutis, ut falsò Neoterici multi docere conati sunt: omittendam plane censerem, quò facilius duæ difficultates euitari possint. Quarum prima, quod Curiæ Romanæ ex unica illa, plures id generis præscribendi conditiones, magna fenestra apperiretur: Altera, quod negotium per se difficile, difficilius adhuc subinde redderetur, Et prim multorũ Regionũ tranquillitati, imprimis uero Mtis Vestræ Prouincijs inferioribus Austriacis omnibus, minime consuleretur.

Imò non solum metuendum, uerum etiam pro certo habendum sit, plurimis simplici concessione alioquin acquietaris, nauseam ità penitus moturam esse, ut totum horrescat,

quod alioquin debita forte cum reuerentia amplecterentur. Quæ omnia Paterno benignissimoq; consilio Mtis Vræ altius expendenda relinquo.

Quartom eadem Copia Cæs. Mtis Vrã ab Archiepis Germaniæ, Hungariæ, et Bohemiæ, quorum Catalogum ibidem mittit, vnicum Magdeburgensem Metropolitanam excludit, Id quamuis (ut persuasum habeo, haud sine euidenti aliqua causa, (licet eam ipse non rectè assequor) fiat, Illũ tamen annumerandum reliquis, nisi Mtis Vrã contrarium prorsus sentiat omnino consultissmũ putarem: Non ideò quod fortasse multum vtilitatis mihi sperandũm sit: Verum ne à Sede Romana, et Mti Vrã tanq; Sacratiss. et Catholico Imperatore, pro "separato" seu mutilato ab Eccliæ Catholicæ membro habitum esse existimet, hacq; occasione forte ad deteriora consilia animũ adyciat. Ad hæc, quod hac in parte rationem etiam habendam esse Parentis sui Marchionis Electoris Brandeburgen boni probiq; Scis, ipsa æquitas suadeat, qui procul dubio hac de causa bile mota, in peiorem prorsus partem hanccce filij exclusionem esset rapturus.

Quod uero pro Quinto et ultimo Mtis Vrã Cæs. Comiti

Prospero adeo sedulam Replicationem, poscente quidem ita ne-
gotij serie et eiusdem necessitate, inuingendam duxerit, id consulto
omninò fieri animaduerto. Et hac ipsa potissimum de causa, il-
li formulam etiam Instructionis secretò concredendam et trans-
mittendam, Mtis Vrae adstipulor: adiuncto hoc speciali mandato,
ut abnuenti uel deneganti Pontifici, cuncta, quaecunq; inde cer-
tò certius expectanda sint, enormia prorsus mala atq; incommo-
da Suae Sti, nec non Borromeo atq; Morono apertè explicentur:
prout in Instructione illa omnia ritè ac perspicuè demonstrantur:
Quae quidem ipse Comes pro sua prudentia, tempore postulante, in-
de depromere poterit.

Quod autem ipsi Comiti iuxta significarj debeat, hunc agendj mo-
dum à Nuntio prouenire: Quod et materiam literarum ad Pon-
tificem Moronumq; adeoq; ipsummet Oratorem scribendarum
Nuntius suggesserit &c, id meo quidem Judicio haud consultum
esse, quin potius totam illam seriem prorsus omitti debere exi-
stimo. Si enim contingeret Nuntium ad hunc Tractatum
fortassis non ex omni parte expressum accepisse mandatū,
facilè intelligit Mtas Vra, quàm id periculosum esset

cuiquam concredisse. Quod si quidem occultum aliquod
haberet mandatum, non expediret tamen cuiq; Romæ a-
perire, Ipsum literarum argumenta subministrasse. Etsi
enim Comiti, pro eius integritate ac fide, nihil non recte
ac tuto committi possit: Amanuensium tamen perfidia,
(quos raro talia omnino celari possunt) plus quam
perspectissima sæpe fuit: Ideoq; sic agendum autem,
ut quemadmodum in propinæ Legationis meæ Tractatu
de ijs, quæ tantum Ms. Vrã et mihi, nostrisq; intimis
Consiliarijs erant communia, de Nuntij uero suppedi-
tatione &c. plane nihil significabatur, ita et in hoc
præsenti negotio fieri quoq; oportere. Præsertim cùm uide-
am, uel minimũ adminiculi comodi aut momenti inde ne-
quaq; expectandum, quim vehementer potius metuendũ,
detrimenti multum futuris occurrentibus tractationibus
inde aliquando ad V. Cæs. Mtem et me, redire queat. Si-
quidem uniuersam negotij substantiam Oratorem ex In-
structione transmittenda et secretò concredenda in-
tellexisse et cognouisse abunde sufficiat. Nisi fortasse

cum ipsius Nuntij Voluntate et consensu (quod tamen ipsum uix credo facturum) tutò hæc explanare liceat. Verum cum præstet, ac tutius sit reticere potius quàm significare, ꝯ Vram Mtem in eo proculdubio benignè acquieturam non diffido. Hæc sunt Sacratissime Cæsar, Pater ac dne clementissime, quæ ad Cæsam V. Mtis literas, debita cum reuerentia breuibus respondere uolui: Submissè rogans, ea omnia in meliorem partem benignè accipere et interpretarj dignetur. Quod reliquum est ꝯ Datum Pragæ 3. Februarij Anno ꝯ 64

Mass.o &c.

Al M.o delle poste in Trento

261.o

Vi mandiamo il pnte incluso pacchetto per Roma, indrizzato da Noj al Conte Prospero d'Archo, et ui comettiamo che dobbiate mandar incontinente con quello un proprio Corrier à posta fino à Roma, facendo usare tutta la celerità et di-

ligentia possibile.

Et accio il detto Corrier si possa da Voi spedir subitamen-
te, ui si manda no per il portator di queste, quaranta cinq
scudi d'oro, Però farete l'ordine nro con quella fede et
diligentia, non solumte che douete, ma anchora come non
dubbitiamo che per Voi stesso siate pronto di esseguir la
Volonta nra. Di Praga alli 4. di Febraro Ao 641

Maximilianus &c.

Galeatio Cusano

262° Officium tuum, tam in scribendis quam tabellarijs recte com-
mittendis literis hactenus non defuisse nobis, uel inde apparet:
quod mense Septembrj Stmi elapsi senas die &c: Octobri No-
uenas die &c. Nouembrj senas die &c Decembrj quinas p
et Januario pſentis Stmi binas accepimus: quod non so-
lum probamus Vehementer. Verum ut in hoc cum grato,

tum necessario studio ita, ut cœpisti pergas monemus ac hortamur sedulò. Nostras tibi non redditas esse inde conijcere est, quod nullam prorsus earum, p̄sertim quas ex Olomutio et Vratislauia ad te exarari curauimus mentionem facias: In causa sunt Tabellarij quorum uel perfidia interciderunt, uel negligentia omnino redditæ non sunt: Vtut ista sint hoc tibi curæ sit ut ea quæ tuarū sunt partium sedulo diligenterq; tueare. Sic nobis benegratum rem feceris teq; omni benignitates n̄ræ studio complectemur Dat. Pragæ; nono die Februarij 1564°/

Maximilianus &c.

Sigismundo Tordæ

2630 Ad Sacram Cæs.am M.tem, Dn̄um et genitorem nostrum obser.mū superiori Mense Decembri, ac te quoq;, diligenter scripserimus de officio Secretariatus, in Camera Hungarica (ut nobis dicebatur) tunc uacante, et honesto fideli nobis dilecto, Georgio Albanij aulico n̄ro, per Nos collato. Idcirco ad

literas nostras, cum à Sac. Mtis Cæsarea, tum abs te quoq; responsum hactenus nullũ acceperimus. Placuit iterum, petitionem nrãm priorem et sententiam Mtis suæ Sacæ repetere, et ad te, quoq; exemplum superiorum literarum nostrarũ in spem, his annexam, mittere, et fidelitati tuæ ut rescribas mandare. Datum in arce nra Regia Pragen. x Februarij Anno M. D. LXIIII.

Sac:mæ Cæs: Mtis

264° Certiorem me fecit, suis literis Archiepus Strigoniensis, inter reliqua iuditia ordinaria Hungar circa Calendas Ianuarias eo pside Posonij inchoata esse. Quæ duorum Baronum psentiã (ut in exactis Comitijs constitutum publice fuerat) desiderarent. Et ut super ea re, meam sententiam edicerem, orauit. Cum igitur ad benignũ nutum, et placita uota, summam omnium rerum et totam gubernationem, et ipsam vitam deferre constituerim. Qui ex Baronibus, augustissimæ uoluntati Sac: Mtis Vræ placebunt, et quos signanter Strigoniensis nominauerit, illis ut iuditijs intersint, per Sac: Mtem Vrãm, de:

mandetur. Præterea superiori quoq; tempore, de munere Secretariatus in Camera Hungarica, (ut mihi dicebatur) uacante, intercesseram apud Mtem Vram Sacram, ut honesto fideli mihi dilecto Georgio Albany aulico meo, per Mtem Vram Sacam conferretur, quem tum et diligenter commendaueram. Sed cum nullum responsum acceperim, placuit priorem meam petitionem et uoluntatem repetere, et exemplm superiorum lrarum rursus transmittere, et à Mta Vra Sacrma optatum responsum expetere. De cætero Pragæ x Februarij Ao 64.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg